



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

11-58

SIGNAT. clvccccxiii.

49

I. N. 7.

EDUCATIONEM
LIBERORUM
OECONOMICAM

ductu

PLUTARCHI CHÆRONENSIS
BOEOTII,

a. d. XV. Cal. Septembr. clb scI LXXII.

horis ab VIII. antemeridianis,

à Juventute Gymnica Elifabetana,
instituendam

pronunciat,

Et ad hanc faventer præsentia sua
animandam

honestissimorum Studiorum

PATRONOS, MÆCENATES, FAUTORES

invitat

JOHANNES GEBHARDUS.



WRATISLAVIÆ,

In Hæredum BAUMANNIANORUM Typographia
exprimebat JOH. CHRISTOPHORUS JACOBI.





L.

Παιδαγωγία ὀρεῖν!

Alventus bonarum studiis dedita artem, à
viris quondam cordatis, & scientiarum doctrinā
limatis, diverso legitur comparata animantium
generi, quarum doles à benigna matre Naturā
his concessas illa, si reapse, quicquid nomen dicti-
tat, prestare satagit, emulari necesse habet. Sic Apostolorum
ille Adstipulator egregius, Cyrillus, Præsul Alexandrinus, homi-
nem studiorum rationem ingressum Cani committit odorisequo,
qui, vestigiis feram semel odoratus, neutiquam acquiescit, donec
pervestigando eam internoscat. Optimus ille Trajani Principis
Formator optimi, Plutarchus Cheronæus, noster hæctenus in dia-
lecto Græcæ Magister, adolescentem studiis addictum liberatio-
ribus sedula & industriose comparat Apiculæ. Ut enim hæc
modò flori confidit, modò herbula, queis in saporem presentit dul-
cem, undè mellis in alveum nectar constipet: sic Ephebus, qui
animum seriò ad Scientias discendas confert, Scripta quoque Au-
torum optimorum, & Volumina Eruditionis dulcedine, quæ sacra,
quæ profana, referta perscrutatur diligenter; scilicet ut inde
colligat, quæ sibi olim vergant in usum, proximo in emolamen-
tum. Sunt &, qui Juvenum Scientiarum flagrantem studiis,
Mustelæ, animalculo terrestri, sat item argutè, equiparant.
De hac quippe rerum Mystagogi naturalium referunt, per aures
eam consipere, sed ferum contrà suum edere interventu oris.
Nempe



Nempe veluti doctrinarum studiosus disciplinas scientiasq; aurium beneficio imbibit per os dehinc reddendas. Quanquam verò cum hæc, tum alia insuper animantia rectissimè illi, qui disciplinis à pueritia & artibus studet, ob dotes suas nativas, queunt conferri; nulla tamen aptior huic rei nobis videtur collatio, nisi quæ sit cum gallina matrice suis incubante ovis. Nimirum cum hæc ipsa, similitudine illi respondeat quàm proximè, nec imagine unâ, sed verius innumeris altera alteram subinde illustret. Enimverò, ut documenta assertionis hujus meæ faciam aliqua, matrix adeò assidua suis & accubua est ovis, ut nihil ducat antiquius, nisi quò, fotu ea continuo, &, quantum per naturam licet, irrupto, animet. Unde in ediam per integros sæpè dies tolerat, aut, si è cubili non nunquam suo egreditur, pauca aliqua, & ea quidem raptissimè deglutit granula è vestigio ad gallinarium reversura. Nec aliter is, qui ea, quæ pulcherrimè à Viris sapientissimis tradita, memoriâ & scientiâ comprehendere in animum induxit suum, omnis se abdit in litteras, parco etiam & moderato victu, ad implenda naturæ desideria defungitur, ut nempe tanto magis litterarum cultui fiat habilis, & tanto sic firmiora Eruditionis sibi struat fundamenta: vel, si quandoq; conservanda valetudinis, aliquam quietis admittat intercapedinem; cum otio vigor excitetur, & omnis tristitia continuatione pertinacis studii adducta, necessaria quietis vicissitudine discutatur; confestim tamen vel ad muros in Musco suos, vel vivos in Acroaterio sese confert Magistros. Matrix incubando non perseverans, sed avolatu frequenti ova deserendo inalgescere patiens, planè est nauci; utpote quæ ova sibi supposita neutiquam excusura, sed tantummodò sit corruptura. Pari ratione adolescens negligens ac dissolutus, cui ratio est studiis incumbere, & eapropter vel per viridia hortorum, vel nana salictorum, vel umbrosa nemorum, vel porrecta camporum prodeambulare gestit, atq; sic rarissimè, vel verius



nunquam, libris suis incalescit, thesaurum peraquè omnium præ-
riosissimum, tempus, nunquam rediturum, quin immo omnem omnino
sua ætatis salutem ita deperditum. Cùm contrà matrix frugi, et sæ-
pe à vermiculis haud parùm inquietata, ovis suis per diem incu-
bare pernoxq; perseveret. Sic & qui non dicis gratiã, sed serio-
mentem litteris applicat Juvenis, ab iisdem abstrahi se non patitur,
utut vel radios molestiarum punctis iectus, vel variis contrà vo-
luptatum illecebris, & facile illicibilibus adolescentia lenociniis,
tanquam avocamentis certissimis, sæpius hinc & inde invitatus.
Ipsa porrò natura matricem condocet, ut ova frequenter con-
vertat, si equaliter calore conceptio animari & feliciter debent ex-
cludi. Et ratio à natura homini indita Studioso suadet, ut vo-
lumina Scriptorum nocturna pariter manu diurna q; volvat, siqui-
dem doctrina severiore ita velit irrigari, ut ad hujus ductum sa-
pientia præceptis animum serio vitamq; suam aliquando discat
componere. Quemadmodum verò necesse est, ne urina sint & ir-
rita, unde avis quicquam pullorum debet excludere, ova: ita Ephe-
bus studiis dicatur, optimis etiam utatur oportet Scriptoribus, si
multa brevi percipere, animoq; gestit combibere. Etiam si namq;
Codex nullus tanta est vilitatis, ut non exinde aliquid liceat hau-
rire, unde doctiores evadamus aut meliores; attamen cùm tempo-
ris impensã nihil quicquam detur carius, Viri sapientes semper cen-
suere consultissimum, ut libris quis utatur talibus, qui viam ad
illa doctrinae Sipientiaq; templa monstrant compendiosorem. Quæ
insuper, velimus, avis incubet, negant plus viginti quinq; oportere
ova incubare, quamvis ob fecunditatem illa pepererit plura: vi-
delicet quoniam corpore suo & alarum pinnis plura commodè nesciat
abtegere. Sic nec copia voluminum & lectionum varietas erudi-
tionem homini conciliat, sed sufficiens Auctorum, eorumq; selecto-
rum, frequentissimusq; usus. Nunquam enim fertur esse, qui est
ubiq;. Quædam gallinarum cùm sua, tum aliena ova commi-
nuunt



vivunt ac consumunt: sic & non nemo, qui sub specioso veneran-
darum litterarum prae-textu otii sibi diversorium scholam consti-
tuit, libros ad provehenda studia à Parentum pietate ipsi com-
paratos, belluando & genialiter vivendo distrahit ac disperdit.
Quomodo autem hujus generis aves à prudentibus matribus fa-
miliarum submoventur, & epulis, quibus commodiores, destinan-
tur: ita & consultius habetur, si hujus generis ingenia alii vitæ
generi consecrentur, nec vi minisvè ad studia suis adigantur in-
gratiis. Quamobrem veluti Materfamilias cata & chortis sua
gnara merito attendit, quenam alitum excubandis ovis utiles;
novella siquidem magis plerumq; edendis, veterana excubandis
educandisq; accommoda: Sic Parentes probè dispiciant oportet, an
filius studiis destinatus iis etiam ingenii dotibus à DEI & Naturæ
benignitate sit instructus, quas gloriosa litterarum sibi deposcit
cognitio. At verò, uti aurei, flavi, fusci, nigri aut rubicundi
coloris aves maximè habentur probatae, albicantium contra plu-
marum ut plurimum à rei peritis rustica improbantur, utpotè
habita molles ac minus vivaces, nec facile fecunda; cum tamen
hae non minus ac illae felicissimè non nunquam tam excubent, quàm
educunt: ita elegantissima & ad laudem quasi nata ingenia stu-
diis quidem apprimè etiam consecrantur; mediocribus tamen ea
propter, h. e. in confinio tardiusculorum positis non statim à studio-
rum consortio planissimè exclusis. Livia olim post Octavii Au-
gusti nuptias Vejentanum suum revisenti pratervolans aquila
gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem demisit in gre-
mium. Cumq; nutriti alitem ac pangi ramulum placuisset, tan-
ta pullorum provenit suboles, ut villa eadem appellata fuerit
ad Gallinas. Velut ergò color gallinae huic non obstitit, quo-
minus evaserit fecunda: ita nec hinc animum confestim despon-
deat, qui ingenium non usq; habet in numerato. Et de hac
ipsa Livia Gallina in eos, qui rara & fatali quadam felicitate

rerumq; successu usi, adverbium olim in gente Latina ortum esse
perhibetur, ut iidem albæ vocarentur filii gallinæ. Quisquis
ergo adolescens in ætate adultâ albæ pariter aliquando discupit
fieri filius gallinæ, idem pecus hoc imitetur volatile; & libris jam
suis aquæ, ac matrix ovis, incubet; sic extra omnem positum
est aleam, fore ut sibi omnem vitæ suæ incolumitatem excubet.
Siccum verò etiam pulverem & cinerem, ubi chortem porticus
vel tectum protegit, juxta parietes utiliter reponi, rei svadent
Auctores rustica, ut nempe sit, quo aves se persundant, & plu-
mam sibi sic pinnasq; emundent: si modò fides habenda his, quæ
ex Ephesio Heraclæto Romanos olim suos docuit L. Junius
Moderatus; sves scilicet cœno, aves cohortales pulvere
vel cinere lavari. Sic quicunq; pulvere adolescentes non
delectantur scholico animum nevis connatis inquinatum emenda-
bunt rarò. Quemadmodum verò cata matres familiarum
quàm secretissima Ornithotrophei eligunt cubilia, eo nempe fini, ne
matrices incubantes ab avibus aliis inquietentur: ita & Magi-
strorum prudentia, præter Phronisteria Scholarum publica, &
universis omnibus patentia, privatam etiam interdum instituit
acroasin, quâ, matricum instar, adolescentia modò huic, modò illi
incubet disciplina. Sed & velut matresfamiliâs eadem matri-
cem cum pullicie cohortalem tandem è gallinariis prodigunt in
solem, celoq; sistunt & æri: sic nec sedulitas studentium vere-
tur tandem publicitus, quæ privatâ prius industriâ tractavit, re-
tractare, atq; sic æquis Patronorum Fautorumq; censenda commit-
tere judiciis. Cùm itaq; nonnulli etiam Gymnados nostræ ado-
lescentes linguæ Græcicæ addiscendæ cupidi in schola hætenus
privata per semestre, & quod excurrit, operam eidem, Scriptoris
ductu Charonensis, locarint, non ab re operæ facturos eos indu-
striâq; suâ, spero, prætia, si, quos fecerint profectûs, testentur nunc
quoque in publico. Antiquissimum autem deniq; habebatur
cùm

cum in omnibus pecoribus, tum in hoc volatili studio fidesq; Pa-
storis, qui nisi eam gregi commisso servaret, nullus Ornithonis qua-
estus vicit impensas. Antiquissimam etiam in Padoitropheo hoc nostro
Pastorum populi Metropolitanis, aliorumq; Civium hono-
ratissimorum judicamus prothymiam, quam ut presentia sua
diecraftini Gymnasio declarent, horis locoq; consuetis, enixe mecum
à vobis, Patroni, Mœcenates, Fautores, Amici, contendunt,
quotquot ànegâtes facturi, industriamq; suam aliquo exhibitari spe-
cimine Adolescentes pariter & Pueri. Hæc enim ipsa publi nostræ,
nolite dubitare, longè erit felicior, quàm Romanis tripudia olim
gallorum gallinaceorum solissima, qui tamen Magistratus
horum quotidie rexerunt, domosq; his suas aut clauserunt, aut re-
serarunt: fasces item impulerunt aut retinuerunt, habitus victo-
riarum omnium toto orbe partarum auspices. Nec tamen est, quod
inter hæc quis Majorum ἀλετροεργαχίαν, aut ipsorum studia Gra-
corum à nobis expectet, qui ferocissimum quemq; alitem certa-
minibus & pugnae paraverunt. Gloriantem potius audietis ado-
lescentiam; nec ulli nobis hic rixosarum avium erunt lanista,
quorum sæpè totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus
abstulit pycetes. Sufficit, si gallos pubes nostra imitetur alacrita-
te, horum matrices sedulitate. P. P. Wratisl. XVI. Cal. Septembr.
619 ςϸ LXXII.



Argu-

Argumentorum Recensus & Personarum.

Prodibunt de Educatione Liberorum Oeconomica invicem differentes

1. Patres familias consulentes singulos de singulis Philosophos
Græcè Joh. Christian. Tralles. Strel. Lat. Georg. Michaëliides Montanus Hung.
2. Philosophi ipsis consulentes (quibus immisti Pueri rhythmis suis in dilecto nostra materna $\epsilon\mu\omicron\psi\eta\theta\omicron\iota$) quoad Educationem
 1. Rectè instituendam
 1. Genericè, ratione
 1. Necessitatis
Gr. Jeremias Hilscher / Vrat. Lat. Christian. Ferdinandus à Dieckisch. (Ebielisch / Vrat.
Germ. Ernestus Wilhelm ab Hermann & Gottfried Wilhelm (Thuring.
2. Utilitatis
Gr. Gottfried Rüpfender / Olsn. Lat. Joh. Altenburg / Vvasunga.
Germ. Andreas Pusch & Joh. Balthasar Freyer / Vrat.
 2. Specificè, quoad
 1. Corpus (rus Crofneus.
Gr. Christian. Schiche / Crapizensis. Lat. Otto Christian. Postle.
Germ. Joh. Herdenius Bojanoviens. & Samuel Rehdiger, Vrat.
 2. Animum, cujus formandi officium respectu
 1. Parentum (Gsellhofer / Vrat.
Gr. Christian. Frid. Ansforg, Nasselwitz. Lat. Christian.
Germ. Gottfried Walther / Rav. & Sigismundus a Schmetau.
 2. Pedagogorum
Gr. Christophorus Stübner Chrysor. Lat. Joh. Hackstoc / Rust.
Germ. Balthasar Brun & Gottlieb Huhn / Vrat. (Hung.
 3. Specialissime ratione Adolescentium
Gr. Jacobus Budewis / Vr. Lat. Gottfried Zobelius, Auri mon.
Germ. Ernest. Gottfried Neumann & Heinr. Christian. Hartes (mann / Vrat.
 2. Perperam neglectam, respectu
 1. Causarum Educationem bonam corrumpentium
Gr. Immanuel Brennerus Rochlitiens. Misn. Lat. Christian. Riese,
Germ. Gottfried Rigel & Balthasar Graß / Vrat. (Freystad.
 2. Effectuum damnorum
Gr. Heinric. Dzikovvsky, Thoruniens. Lat. Thomas Böhm / Lim-
pach, Pannonius. (dorff / Nimicens.
Germ. Ernest. Wilhelm. Bresler, Vrat. & Georg. Erid. Rauffeno

Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3
002 686 287




Sb,

VD 17
Sep. 2000 Pd.







49

. F.
 IONEM
 DRUM
 MICAM
 u
 HÆRONENSIS
 OTII,
 br. cl^o scI LXXII.
 ntemeridianis,
 nica Elisabetana,
 ndam
 iat,
 er præsentia sua
 dam
Studiorum
 NATES, FAUTORES
 at
 EBHARDUS.

 LAVIÆ,
 ANORUM Typographia
 TOPHORUS JACOBI.